Grassatores viarum an gaudeant Ecclesiæ Immunitate tr. 1. ref. 58. §. 1. p. 38

Et quid, si semel, vel bis in via publica & cum violentia quis deprædatur. ibid. §. 2

Grauarè.

Si grauentur indirectè Clerici, an tributum sit in iudicium, v.g. super carnibus, Vino, Pane, &c. tract. 2. ref. 241. §. 1. p. 120

Gubernatio, Gubernator.

* Vide verb. *Consensus, Episcopus, Licentia.*

H

Habitatio.

Habitatio omnis Ecclesiæ quoad totam suam fabricam coniunctam an gaudeat Immunitate, quæuis sit polluta, & interdicta, aut desolata, si aditus ipse reedificationis. tr. 1. ref. 6. §. 1. & 10. p. 6

Habitare.

Vt habitare possit Catholicus in terris Hæreticorum aliqua requiruntur. tr. 15. ref. 9. §. 4. p. 480

Habitus Clericalis.

Sub habitu priuatione non possunt Episcopi publicare edictum, vt Clerici in Minoribus debeant assumere Ordines sacro., & an ita Sacra Congregatio declarauerit. tr. 2. ref. 64. §. 1. p. 192

Sine habitu, & Tonsura immiscentes se Clerici in aliis grauissimis, an possint puniri à iudice laico? Vbi aliqua notabilia in hoc casu ad priuandum Clericum privilegio fori. tr. 2. ref. 109. §. 1. p. 192

Si habitum, & Tonsuram aliquando dimittit Clericus, an amittat privilegium fori, vel an in hoc casu requiratur

Rerum Notabilium.

ratur trina monitio. tr.2.ref.121. §.1.p.157
Vt in habitu, & Tonsura repetitur Clericus in Minoribus tempore delicti, vel saltem captus, an opus sit, vt gaudeat privilegio fori. tr.2.ref.122. §.1. ibid.
Si habitum Clericalem dimississet Clericus, & illum reassumeret etiam sine licentia Episcopi, an gaudeat privilegio fori, etiam si in Synodo hoc prohibitum esset fieri. ibid. §.3.p.158
In habitu, & Tonsura Clericus incedens an gaudeat privilegio fori, si per paucas vices Choro, & processio- nibus interfuit, quamvis de mandato Episcopi alicui Ecclesie non inferuat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat. ibid. §.4
Si habitum tantum deferat Clericus, & non Tonsuram, vel e contra, an perdat privilegium fori. tr.2.ref.123. §.1. ibid.
Habitum qualem debeat portare Clericus, vt gaudeat privilegio fori. tr.2.ref.125. §.1. ibid.
Habitus Clericalis cognitio ad iudicem Ecclesiasticum, p. riner, non vero ad iudicem laicum. tr.2.ref.126. §.1 p.159
Qui habitum Clericalem assumpsit post delictum patrum, animo subrahendi se a laica potestate, an gaudeat privilegio fori? Vbi aliqua supponuntur in dicto casu. tr.2.ref.131. §.1.p.160;
Si quis habitum Clericalem suscepisse dicat ex vi voti an ipse iuramento standum sit. tr.2.ref.132. §.2.p.161
Habitum Clericalem qui gestant per annum in Diocesi N. volentes ad ordines promoueri, & prius adscribuntur in Ecclesia Cathedrali inseruendo eidem Ecclesie prout faciunt ordinati, an in dicto anno gaudeant privilegio fori. tr.2.ref.133. §.1. ibid.
Habitum, & tonsuram non deferens Clericus, si habeat, tamen beneficium Ecclesiasticum, an gaudeat privilegio fori. tr.2.ref.141. §.1.p.165
Et quid, si habeat tantum beneficij collationem, sed non possessionem? Et quid, si habeat beneficium sine redditibus? tr.2.ref.142. §.1.p.166
Si in habitu, & Tonsura incedat Clericus, qui habet pensionem tantum super aliquo beneficio, an gaudeat privilegio fori. tr.2.ref.143. §.1. ibid.
Si habitum, & Tonsuram deponat Clericus coniugatus cum vna, & Virgine, & iterum illam reassumat, an gaudeat privilegio fori. tr.2.ref.148. §.1.p.167
Post habitum & Tonsuram dimissa, si Clericus coniugatus pro delicto aliquo in Curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, si deinde reassumat habitum, & Tonsuram, & Ecclesie deseruiat, an possit propter delictum a iudice laico in carcerem conici, aut personaliter adstringi. tr.2.ref.152. §.3.p.169
Et quid, si sine habitu, & Tonsura Clericus coniugatus incedens capiatur, & deinde e carcere fugiens habitum, & Tonsuram reassumat. ibid.
Si habitum dimitteret Religiosus professus etiam apostatando a Religione, nunquam perdit privilegium fori. tr.2.ref.162. §.1.74
Qui habitu aliquo Religioso assumpto adhibetur ad seruitia & obsequia Monialium, & ad petendum pro eis elemosynam, an gaudeat privilegio Canonis. tract.2. ref.163. §.4.p.177
Habitu Religionis dimisso an Novitius possit ad iudicem laicum puniri ob delictum tempore novitatus commissum. tr.2.ref.166. §.1.p.178
Idem est de Religiosis emissis Societatis Iesu, si uxorem ducant, aut liberi in seculo maneant. ibid. §.3
Et quid de delicto cuiusdam Clerici, qui habitu & statu Clericali dimisso uxorem duxerat. ibid. §.2
Qui habitum Clericalem assumpsit sine intentione clericandi, sed tantum in fraudem collectarum, an teneantur soluere gabellam a Principe impositam. tract.2. ref.161. §.1.p.231
Tom. IX.

Si habitum suae Religionis deponant Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi, an incurrant excommunicationem. tr.7.ref.86. §.1.p.497

* Vide verb. *Pallium.*

Hereditas.

* Vide verb. *Cadere.*

Heres.

Si haeredes sint Clerici alicuius saecularis, an iudex laicus possit iudicare causam illorum, si causa ante eius mortem incepta fuit coram eo. tr.2.ref.79. §.1.p.137

Vbi, quod instantia cepta contra Clericum coram iudice Ecclesiastico debet continuari contra laicum haeredem Clerici coram eodem iudice. §.2

Si Clericus possideret rem laici specialiter hypothecam, an ratione hypothecae possit conueniri coram iudice saeculari. tr.2.ref.81. §.3.p.138

Et quid, si addit clausula de non alienando, an possit fieri executio per saecularem iudicem, in praedio specialiter obligato a laico, & si Clericus illud possideat. tr.2.ref.84. §.1.p.139

Quando haeredem instituit Clericus alium Clericum, an possit iudex Ecclesiasticus dictum testamentum publicare. tr.2.ref.191. §.1.p.195

Si cum haeredibus iurantis causa agatur, an iudex Ecclesiasticus sit competens non solum quoad relaxationem iuramenti, sed etiam ad effectum agendi, vt praestita relaxatione annullat, & rescindat ipsum contractum. tr.2.ref.236. §.1.p.218

Haeredum suorum ius non amittunt Cardinales quamvis eo ipso soluti sint a patria potestate in his, quae ipsis sunt commoda. tr.7.ref.27. §.1.p.386

Haeresi. Haereticus.

De haeresi vehementer suspectus an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr.1.ref.40. §.1.p.39

Haereticus an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr.1.ref.41. §.1. ibid.

Et quid quoad alia delicta distincta ab haeresi. tr.1.ref.42. §.1. ibid.

Idem est de Haereticorum fautoribus. ibid. §.2

De haeresis crimine an iudex laicus cognoscere possit, quando agitur de quaestione facti. tr.2.ref.193. §.1.p.194

Quando haeresim continet crimen sortilegij, an iudex laicus cognoscere possit. ibid.

Propter haeresim Episcopus non potest citari, nec puniri ab Inquisitoribus, sed haec causa reservatur Papae. tr.2.ref.332. §.5.p.281

Si haeresim non excluderet Summus Pontifex in aliquo Iubilaeo, etiam anni Sancti, & concederet absolutio- nem ab omnibus casibus Bullae Caeanae, an utique videatur illam concedere. tr.7.ref.112. §.1.p.424

Haeresim absoluendi potestatem Bulla Caeana auferri ab Episcopis illis collatam in Concilio Trid. tract.7 ref.117. §.9.p.429

Et a fortiori impeditus adire Pontificem, & Episcopum non potest absolui ab haeresi a quocumque Sacerdote. tr.7.ref.118. §.3.p.430

Haereticus, qui non potest obtinere licentiam, vt a cen- sura absoluat, an ad vitandum scandalum, & infamiam possit celebrare, vel Eucharistiam sumere. tr.7.ref.123. §.1.p.436

Et si non potest excusari ad perfectam contritionem in dicto casu, quid est faciendum. ibi, & in ref. 224. & 125. p.437

Cum Haereticis inire foedus, supposita iustitia belli, an licitum sit Principibus Christianis. tr.13.per totu p.471

Cum Haereticis damnatis in Tribunali S. Inquisitionis non est illicitum communicare. tr.13.ref.9. §.7.p.481

* Vide verb. *Episcopus. Exercitii. Foedus. Habitare. Liber.*

Haereticus non potest Princeps laicus praerare saluum conductum cum damno Ecclesiasticae iurisdictionis. tr.14.ref.4. §.1.p.485

Index

Hispania, Hispanus.
* Vide verb. *Bulla Cruciatæ G. bella.*
Homicidium.
Homicidium proditorium intelligitur illud, ubi nullus cum occiso præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, ubi non dicitur proditor, qui occidit inimicum suum à tergo, vel è fenestra cum archibus, tr. 1. ref. 11. §. 6. p. 49
Si homicidium contingat in porta Ecclesiæ, an illa poluatur.
Et quid, si in ostium Ecclesiæ aliquis recipiat vulnus lethale, & cadat mortuus extra Ecclesiam, ibidem §. 10
* Vide verb. *Interficere. Vxor. Scola Ecclesiæ.*
* In indice primo posito in principio huius tom. 9. In tractatu primo de Immunitate Ecclesiæ sunt plures quæstiones pro hoc verb. *Homicidium*, pro quo signanter vide infra in hoc indice verb. *Occidere*, & serua eius notationem.
Hortus
Hortus Ecclesiæ an gaudeat Immunitate. tr. 1. ref. 6. §. 10. pag. 7.
Hospes. Hospitium.
Hospites nostræ Religionis antequam incipiant Nouitiatum, an gaudeant priuilegio Canonis. tr. 1. ref. 107 §. 3. p. 60
Hospitij tempore Nouitij Clericorum Regularium an gaudeant priuilegio Canonis, & fori. tr. 2. ref. 163. §. 1. p. 176
Et an etiam gaudeant exemptione gabellarum. ibid. §. 5. p. 177
Hospitalia.
Hospitalia an gaudeant Immunitate. tract. 1. ref. 8. §. 1. pag. 9
Et si quis supra hospitalis tectum confugiat, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. ref. 10. §. 5. p. 12
Hospitalium Rectores an gaudeant priuilegio fori. tr. 2. ref. 173. §. 1. p. 180
Hospitalium Confraternitates an gaudeant priuilegio fori, ita vt Episcopo sint subiectæ. tract. 2. ref. 177. §. 1. p. 182
Hospitalia an possit Episcopus visitare, etiam si à Patrono in eius foundatione aliter cautum sit, & maxime contentente ipso Episcopo. tr. 2. ref. 188. §. 1. p. 188
Et quid in casu negligentia, si fundator, aut testator alios executores non substituerit. ibid. §. 9. p. 189
Hospitalia an Episcopus visitare possit quoad decemiam, diuini cultus, etiam si sub protectione Regum existant. tr. 2. ref. 189. §. 1. ibid.
Hospitandum. Hospitari.
Ab hospitandi onere sunt exempti Patres, & Fratres Clerici, dum simul vna viuunt. tr. 2. ref. 179. §. 1. p. 183
Hospitari facere Milites non possunt Magistratus sæculares in domibus Ecclesiasticorum, quamuis laicis locatis. ibid. §. 3
Humare.
Humari an possit exul in Ecclesia, à qua arceatur exilij sententia. tr. 1. ref. 64. §. 7. p. 42
Humerus.
* Vide verb. *Gestatio*
Hypotheca.
* Vide verb. *Hæres. Possidere.*
I
Ianua.
* Vide verb. *Reconciliatio. Solemniter.*
Ictus.
Ictus si solummodo vestes Cardinalis tetigit, an qui tale fecerit, incidat in excommunicationem Bullæ Cæne. tr. 7. ref. 79. §. 2. vnic. p. 404

Ignis.
Nisi igne exusta fuerint Ecclesiæ, aut sanguinis effusione, vel feminis pollutione, si simul consecratae sunt, non debet iterum consecratio adhiberi. tr. 1. ref. 138. §. 2. vnic. p. 90
Illegitimus.
Illegitimus, qui beneficium obtinuit, quod obtinere non poterat, an gaudeat priuilegio fori. tr. 2. ref. 145. §. 2. p. 167
Illicitum.
Illicitum non est ex sua natura iniire foedera cum Turcis, Infidelibus, & Hæreticis, sed ratione circumstantiarum vix vnquam talia foedera sint ineunda. tr. 1. §. 1. & seq. p. 473
* Vide verb. *Vfus.*
Imagines Sanctorum.
Ad Imagines Sanctorum, quæ per plateas processionaliter circumferuntur, confugientes an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. ref. 135. §. 2. vnic. p. 13
Immemoriale.
* Vide verb. *Consuetudo.*
Immiscetes, &c.
* Vide verb. *Crimen. Habitus. Miscere. Populus. Venenum. Immobile.*
* Vide verb. *Bona temporalia.*
Immunitas Ecclesiæ, & Ecclesiastica.
* In indice primo posito in principio huius tom. 9. in tract. 1. de Immunitate Ecclesiæ, & in tract. 2. de Immunitate Ecclesiastica, super millia, & quingentas difficultates reperies, ubi quidquid desiderare poteris, inuenies super supradictis verbis.
Impedimentum. Impedire. Impeditus.
Si non impediunt iudices laici, qui sciunt seruare statutum contra libertatem Ecclesiasticam, an incurrant censuram Bullæ Cæne. tr. 2. ref. 4. §. 3. p. 124
Impedire an possit Princeps sæculi executionem mandatorum Papæ, si Papa faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ, & factis, & vi resistere illis. tr. 2. ref. 110. §. 2. vnic. p. 153
Impedimenta dirimentia matrimonium an Principes laici statuere possint quoad suos subditos. tr. 2. ref. 221. & 240. p. 212. 293. & seq.
Et an, non obstante hac reservatione, factum teneat & matrimonium cum tali impedimento validum esse. ibid. §. 4. ref. 221.
Impedimentum dirimens an sola consuetudine introduci possit. ibid. §. 5. p. 213
Impedire an possit Princeps effectum iuramenti, ita vt fiat, nullatenus obligatio sequatur. tract. 2. ref. 215. §. 1. p. 217
Et quid circa hoc in Regno Catalaniæ, & ordinatione Lusitana prohibente apponi iuramentum in vilo contractu. ibid.
Iuste impeditus Cardinalis an possit vices suas in creando Summo Pontifice alteri demandare. tr. 7. ref. 11. §. 1. p. 381
Impedire an teneantur Cardinales nominatum à Pontifice pro Episcopo, si alium digniorem arbitrentur. tr. 7. ref. 19. §. 1. p. 383
Qui non impedit, cum possit, offensionem in Cardinalem an incurrat censuram Bullæ Cæne. tr. 7. ref. 80. §. 1. p. 404.
Et an idem sit de illo, qui sine vitæ periculo clamando poterat offensionem impedire, & dictis Cardinalibus opem ferre, & non clamauit, &c. ibid. §. 2. p. 409
Impediti absolute adire Pontificem, siue ad tempus longum an Episcopus absolueri eos possit à censuris, & casibus referuatis, & an hoc etiam procedat in causa hæresis. tr. 6. ref. 117. §. 2. p. 428
Et an talis impeditus non teneatur mittere Procuratorem ad Pontificem, nec scribere ad sacram Penitentiarium,

Rerum Notabilium.

triam, nec adire Legatum, aut alium habentem privilegium absolventi a Casibus Papalibus, sed ab Episcopo absolui possit? Et an etiam possit absolui a quocumque Confessorio etiam in casu hæresis, ibidem §. 6. vique in finem ref.

* Vide verb. *Capere. Filius. Iura.*

Imperator.

Ab Imperatoribus non habuisse originem Immunitatem Ecclesiasticam demonstratur, tract. 2. ref. 2. §. 1. p. 95.

An ab Imperatoribus ortum habuerit exemptio Clericorum, dato quod talis exemptio non sit de iure divino? Sed late probatur, quod sit de iure divino, tr. 2. ref. 2. p. 95. & in Ref. 324. vbi late, p. 265.

A Constantini Imperatoris tempore an inecepit hoc privilegium, tr. 2. ref. 3. §. 1. p. 99.

De Imperatoris Iustiniani aliquibus Constitutionibus quid est sentiendum, maxime de Constitutione, 3. §. 6. 7. & 8. tr. 2. ref. 15. §. 1. & seqq. p. 108.

Imperatores non possunt privilegia Ecclesiæ concessa reuocare, tr. 2. ref. 325. vbi late p. 267.

Imperatores non incurunt excommunicationem Concilii Trid. sess. 24. c. 9. si subditos suos, vel alios cogant, quinimmo libere matrimonium contrahant, tract. 2. resolut. 223. §. *Notandum est*, ante medium, p. 213.

Imperatorum leges largientes Immunitatem Clericis non esse institutorias, & concessorias, sed declaratorias, subsidiarias, adiutrices, & executorias demonstratur, tract. 2. resolut. 323. & 324. pag. 263. & 264.

Imperatorum privilegium concessum Ecclesiis est remanentium, & ideo non potest reuocari etiam per ingratitudinem, etiamque cum hoc privilegium concessum sit non subditis transit in contractum & ideo est irrevocabile, tract. 2. resolut. 325. §. 2. & seqq. p. 267.

Ante Imperatoris Constitutiones & leges à iure Pontificio fluxisse exemptionem Clericorum explanatur, & satis probatur fluxisse à iure diuino, tra. 2. ref. 336. §. 3. p. 287.

Imperatores adoratione politica adoratos fuisse à populis demonstratur, tr. 4. ref. 5. §. 1. p. 324.

Imperator ipse offendens Cardinalem aliquo modo expresso an sit reus læsæ Maiestatis, tract. 7. ref. 78. §. 4. p. 404.

* Vide verb. *Facultas. Germania.*

Impius.

Impius, & scandalosus, quod Deus aueriat, Summus Pontifex esset, an adhuc sit adorandus à Christi fidelibus genuflexione, & pedum osculatione, tr. 4. ref. 16. §. 1. & seqq. p. 335.

Imporare.

Antequam impleret Ordinarius, vel index delegatus pro sua sententia exequenda brachium sæculare, an necessario debeat præmittere censuras, tr. 2. ref. 300. §. 1. p. 250.

Imponere.

Imponere penam infligendam reo gaudenti Ecclesiæ Immunitate non index laicus, sed Ecclesiasticus debet, tr. 1. ref. 126. §. 2. p. 80.

* Vide verb. *Abinatio. Censura. Gabella. Inferior. Onus. Pana. Priuatio. Sententia. Subsidium. Tributum.*

Importare.

Quid importet hoc verbum *Debent*, tra. 7. resolut. 110. §. 2. p. 422.

* Vide verb. *Preceptum.*

Impressio.

Impressionem librorum generaliter statum laicorum prohibens sine eorum licentia an comprehendat Clocum, I. X.

ricos? Et an hoc statuere Episcopus possit, tractat. 2. ref. 216. §. 1. p. 207.

Impuberes.

Impuberes admissi ad Religionem ante annos pubertatis an gaudeant privilegio Canonis, & fori? Et quid in nostra Religione, tr. 2. ref. 163. §. 3. p. 176.

Impunitus.

Licet impunitus non debet dimitti reus confugiens ad Ecclesiam, tamen penam ei infligendam non index laicus, sed Ecclesiasticus debet imponere, tr. 1. ref. 126. §. 2. p. 80.

Incedere.

* Vide verb. *Coningatus Clericus. Habitus. Tonsura.*

Incondarius.

Incondarius an sit priuandus Immunitate Ecclesiæ, tr. 1. ref. 31. §. 1. p. 25.

Incidere.

* Vide verb. *Censura. Dies. Excommunicatio. Irregularitas. Iuramentum. Pana.*

Inclinatio.

Inclinatio Capitis an debeat præberi, quando nomen Pontificis in Orationibus publicis auditur, tr. 4. ref. 9. §. 1. & seqq. p. 327.

Includere.

An includantur Cardinales in sententia suspensionis, vel interdicti, tr. 7. ref. 32. §. 1. p. 387.

Inconsultum.

* Vide verb. *Comitia. Dominus. Episcopus. Pontifex. Rex.*

Incorrigibilis.

Incorrigibilem Clericum an index laicus punire possit, tr. 2. ref. 65. §. 3. p. 133. & in Ref. 328. p. 273.

Est incorrigibilis Clericus non sit, an etiam pro enormissimo crimine degradandus, & Curie sæculari tradendus sit, tr. 2. ref. 3. §. 8. §. 5. p. 274.

Incurrere.

* Vide verb. *Casus. Censura. Excommunicatio. Pana. Suspendio.*

Incurare.

* Vide verb. *Instrumentum.*

Indicere.

* Vide verb. *Represalia.*

Indicium.

Ex indicibus probabilibus non potest Episcopus tradere reum ab Ecclesia extractum Curie sæculari sed requiritur concludens, & plena probatio de delicto in Bulla Greg. XIV. exceptuato, tr. 1. ref. 123. §. 4. p. 75.

Inducere. Inductum.

Inducendi exemptionem Clericorum an Summus Pontifex, & Concilia potestatem habeant, si in eam Principes sæculares consentire noluerint, tract. 2. ref. 1. §. 1. in fine p. 95.

Inducere privilegium non potest consuetudo iuris, & exprobrata, etiam si consuetudo sit immemorabilis, tr. 2. ref. 9. §. 3. p. 102.

Non inducit peccatum mortale præceptum sub pena suspensionis, nisi expresse, & verbis æquivalentibus id significetur, tr. 7. ref. 108. §. 3. p. 420.

* Vide verb. *Consuetudo. Exire.*

Inducia.

* Vid verb. *Fædus.*

Indulgentia.

Indulgentias concedere an Cardinales possint, tr. 7. ref. 46. §. 1. p. 391.

Et an hoc procedat magis de consuetudine, quam de iure, cum pro ea nullus existat Canon, ibid. §. 2.

Industria.

Qui ex industria occidit aliquem, an gaudeat Ecclesiæ Immunitate? Et quid stando in terminis iuris communis, tr. 1. ref. 79. §. 1. & seqq. p. 48.

Et quid, si ex industria occidit inimicum, non autem proditorie, sed per insidias, tr. 2. ref. 81. §. 1. p. 49.

Z z 2

Infalibilitas

Index

Infallibilitas.
 * In indice primo posito in principio huius tom. 9. ex tract. 5. de *Infallibilitate Decretorum Pontificis extra Concilium*, lege omnes eius quaestiones sup. hoc verbo, & non pigebit.

Infamia.
 * Vide verb. *Scandalum.*

Infans.
 Infans filius fidelis recentissime natus, si ante Baptismum moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, an illam polluat. tr. 1. ref. 131. §. 1. p. 85

Et supponitur, quod polluitur Ecclesia per sepulturam hominis infidelis. *ibid.*
 Infantis ingressus per Rotam intra Conclauem etiam non attingentis usum rationis, an sit prohibitus? Intra septa Monialium talis ingressus infantis prohibitus est. tr. 7. ref. 109. §. 1. & seqq. p. 421

Inferior.
 Inferior non potest falcem imponere in ius, vel interesse Superioris. tr. 11. ref. 2. §. 3. p. 464

Inferre.
 * Vide verb. *Alapa. Verecundia.*

Infidelis.
 Infideles an gaudeant Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 43. 44. & 45. p. 31. & seqq.

Qui infidelem occidit proditorie, an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 84. §. 1. p. 50

Infidelem occidens pretio conductus an sit assassinus, vel gaudeat Immunitate Ecclesiae. *ibid.* §. 3

Per Infidelis sepulturam polluitur Ecclesia. tr. 1. ref. 131. §. 1. p. 85

Infirmus.
 * Vide verb. *Fingens. Fœdus.*

Sipropter infirmitatem Cardinalis egressus est à Conclauem, & scribat literas ad alios Cardinales in conclauem an incurrat excommunicationem. tr. 7. r. 105. §. 1. p. 417

Infringere.
 * Vide verb. *Pœna.*

Ingratitudo.
 * Vide verb. *Imperator. Renocare.*

Ingressus.
 Ab ingressu Ecclesiae suspensionem non incurrit, qui Missam celebrat in Ecclesia polluta ante reconciliationem. tr. 1. ref. 139. §. 3. p. 90

Si ingrediatur Ecclesiam excommunicatus non toleratus post ceptum Canonem, & non vult egressi, an teneatur Sacerdos Missam proficere. tr. 1. r. 144. §. 1. p. 94

Si ingredienti Religionem legentur centum, & si nubat ducenta an debeantur ducenta Religionem ingrediendi. tr. 2. ref. 220. §. 2. p. 211

Si quis ingrediatur clam in Conclauem, an incidat in censuram. tr. 7. ref. 109. §. 4. p. 421

Et si post ingressum in Conclauem, an iste talis loqueretur secretò cum aliquo Cardinali, an incurrat censuram. *ib.*

Ingressus in Conclauem an subiiciantur tantum pœnis priuationis officij, & beneficij, vel etiam peccent mortaliter. *ibid.* §. 5. & seq.

* Vide verb. *Infans. Interdictum. Monasteria. Monialis. Religio.*

Inhibere. Inhibitoria.
 Ne Inhibitoria, quæ ad Magistratus Regios mittuntur ab Ecclesiasticis promulgentur, an Princeps prohibere possit, priusquam ei offerantur, vt de eius licentia publicentur. tr. 2. ref. 47. §. 1. & seq. p. 125

Inhibere, seu interdicere an possit Princeps laicus, ne Episcopus, vel eorum Vicarius quemquam excommunicent, nisi prius excommunicationis causa ostendatur. tr. 2. ref. 48. §. 6. p. 127

Inimicitia.
 Si inimicitia præcessit occidens aliquem veneno, an

gaudeat Immunitate Ecclesiae? Et quid, si inimicitia non præcessit. tr. 1. ref. 90. §. 7. p. 53

Inimicus.
 Vt inimicis tradat Regnum, Ciuitatem, &c. coniuuantur aut machinans, an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 53. §. 1. p. 35

Qui inimicum occidit ex præmeditata animi deliberatione, *Apostadamente*, vt vulgò dicitur, atque ex industria non autem proditorie, seu per insidias, an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 80. §. 1. p. 48

Qui inimicum occidit non proditorie, sed per insidias, an gaudeat Ecclesiae Immunitate. tr. 1. ref. 81. §. 1. p. 49

Qui inimicum occidit, cui fideiussionem dederat de non offendendo, an gaudeat Ecclesiae Immunitate. tr. 1. ref. 83. §. 1. *ibid.*

Qui inimicum mandantis, ipso mandante præsentem, occidit pecunia conductus, an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 85. §. 1. p. 50

Qui inimicum occidit sclopo, à tergo, dormientem, vel per insidias, an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 90. §. 11. p. 54

Qui inimicum occiderunt in duello, an gaudeant Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 92. §. 1. *ibid.*

* Vide verb. *Fenestra. Gabella.*

Inire.
 * Vide verb. *Fœdus.*

Iniuria.
 De iniuriis manifestis factis aduersus Religiosos an Conservatori illorum concedatur posse de illis cognoscere. tr. 2. ref. 1270. §. 2. p. 233

* Vide verb. *Inuicium.*

Inuicium.
 * Vide verb. *Verb. m.*

Innocentius I.
 * Vide verb. *Feria sexta Parasceues.*

Inobedientes.
 * Vide verb. *Episcopus.*

Inquirere.
 * Vide verb. *Episcopus.*

Inquisitores.
 Inquisitores an possint excommunicare Reges, & eorum Consiliarios non solum in Regno Siciliae, sed etiam in aliis Regnis. tr. 2. ref. 46. §. 1. & seqq. p. 125

* Vide verb. *Familiares. Hæresis.*

Inseruientes.
 Inseruientes Professorum, Doctorum, Medicorum, Auditorum, &c. an gaudeant Immunitatis commoditate eorum, id est priuilegio fori. tract. 2. ref. 157. §. 7. p. 172

* Vide verb. *Deseruiens. Famulus. Sernientes.*

Insidia.
 Qui per insidias deducit aliquem, vt ab alio occidatur, & ille deductus occisus est, an gaudeat Immunitate Ecclesiae. tr. 1. ref. 90. §. 10. p. 44

* Vide verb. *Inimicus.*

Insigne.
 Insignibus Pontificalibus, vti Cardinales an possint in suis titulis. tr. 7. ref. 39. §. 1. p. 389

Insignia.
 Si insignia Cardinalitia tradita non sint Cardinalibus, an habeant vocem in electione Pontificis. tr. 7. ref. 11. §. 1. p. 380

Insignia Regia, & Titulum an Pontifices concedere possint Principibus de Ecclesia benemeritis. tract. 12. ref. vnica. §. 1. p. 468

* Vide verb. *Hæres.*

Instituere.
 Instituire nouos Episcopos olim cum violentia Principes constituerunt. tr. 9. ref. 5. §. 4. p. 415

* Vide verb. *Hæres.*

Instrumentum.

Rerum Notabilium.

Instrumentum.

Instrumentum an incusari possit coram iudice laico contra debitorem, qui post obligationem effectus est Clericus. tr. 2. ref. 105. §. 1. p. 151

* Vide verb. *Spoliare.*

Insultum.

Si quis insultum faciat ad domum Cardinalis, ita ut ex hoc ei verecundiam tantum inferat, an incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ. tract. 7. ref. 77. §. 1. p. 493

Intentio.

* Vide verb. *Fraus. Paries. Subtrahendum.*

Interdicere. Interdictum.

Interdictus ab ingressu Ecclesiæ an gaudeat eius Immunitate. tr. 1. ref. 27. §. *Quæro Secundo.* p. 21

Interdicta an maneat Ecclesiæ, si quis occisus est ante Ecclesiam, & cū adhuc calidus esset intra illam illatus credens inimicus adhuc esse vivum, vulnus ei graue intulit, ex quo manauit copiosa sanguinis effusio. tr. 1. ref. 124. §. 1. p. 88

Interdicere in suis titulis an Cardinales possint. tract. 7. ref. 39. §. 1. p. 389

Interdicti tempore an possit Eucharistia dari omnibus paruentibus, & proficiscentibus ad bellum, tanquam constitutis in periculo mortis. tract. 7. ref. 126. §. 1. p. 439

Interdictum olim fuisse à Summis Pontificibus, ne populus, & Principes se immiserent in electione Episcoporum, demonstratur. tr. 9. ref. 6. §. 1. & seq. p. 455

* Vide verb. *Cœmeterium, Episcopus, Habitatio Ecclesiæ, Includere. Inhibere. Pollutum. Violatum.*

Interesse.

Interesse diuinis cum superpellico in diebus Dominicis an debeat Clericus in Minoribus ut gaudeat privilegio fori. tr. 2. ref. 138. §. 1. & seq. p. 164

* Vide verb. *Habitus.*

Interessu.

* Vide verb. *Inferior.*

Interficere. Interficientes.

Interficiuntur Cardinales receptatores, & defensores an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tract. 1. ref. 49. §. 1. p. 33

Et an incurrant in censuram latam in *Cap. Felices, de penis in 6.* ibid. §. 2. p. 34

Interficere reum in Ecclesia iudex laicus iubens an incurrat excommunicationem Bullæ Greg. XIV. cum ipse, quam eius ministri. tr. 1. ref. 128. §. 1. p. 81

Interficientes Cardinales, qui nondum Capellum habuerunt, an incurrant censuram Bullæ Cœnæ. tr. 7. ref. 11. §. 3. p. 380.

* Vide verb. *Homicidium. Occidere. Sacerdos.*

Interpres.

Interpres optima legum est consuetudo, & obseruantia subsequens. tr. 7. ref. 96. §. 2. p. 412

Interpretatio.

Interpretatio extensa non dicitur fieri, sed comprehensua in his, quæ per rationem legis comprehenduntur. tr. 7. r. 96. §. 4. p. 411

Intrare.

Si quis intraret in cubiculum ægotantis, ubi ad ipsum communicandum Sacerdos cum SS. Sacramento aduenisset, & ibi à Birruariis comprehensus fuisset, ante quam Sacerdotem tangeret, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. ref. 12. §. 1. p. 12

* Vide verb. *Compellere.*

Introducere. Introductum.

Introducere statuta prohibentia in Ciuitatem vinum, Frumentum, &c. Vel aliud recollectum in suis prædiis an comprehendat Clericos. tract. 2. ref. 213. & 214. p. 203

Tom. I X.

* Vide verb. *Baro. Ciuitas. Consuetudo. Impedimentum. Ritus.*

Introitus.

Pro introitu primo Regis in Ciuitate gabellas impostas an Clerici teneantur soluere. tractat. 2. ref. 251. §. 1. & seq. p. 226

Intromittere.

Intromittere se an possint Reges, quando ab aliquo Episcopo non seruatur aliquod Decretum Concilij Tridentini. tr. 2. ref. 31. §. 1. p. 117

* Vide verb. *Bona temporalia.*

Inuafores.

Inuafores laici rerum Ecclesiæ, & Clericorum an coram iudice Ecclesiastico debeant conueniri. tra. 2. ref. 289. §. 2. p. 244

Inuentarium.

Pro inuentarij alicuius confectioe an iudex laicus possit citare Clericum creditorem. tr. 2. ref. 87. §. 1. p. 149

Inuentarium pro spolio, mortuo Episcopo, an possit fieri à iudice laico. tr. 2. ref. 192. §. 1. p. 193

Inuentario non confecto, si lex statuat, quod talis adiens hereditatem, teneatur ultra vires hereditatis, an comprehendat Clericos Ecclesiæ, aut Monasteria. tr. 2. ref. 219. §. 1. p. 211

Inuentarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores relinquit, an pertineat ad iudicem laicum illud facere. tr. 2. ref. 283. §. 2. p. 242

Inuadere.

* Vide verb. *Flumen.*

Inuocatio.

* Vide verb. *Familia.*

Ioannes. Sanctus.

De Ioannis Sancij aliquibus opinionibus circa Immunitatem Ecclesiæ. tr. 1. ref. 23. §. 1. p. 18

Iracundia.

* Vide verb. *Mutilare.*

Ire.

* Vide verb. *Bellum.*

Irregularitas.

In irregularitatibus an possit dispensare Episcopus electus, & confirmatus nondum tamen consecratus. tr. 1. ref. 118. §. *Quæro secundo.* prope finem. p. 72

In irregularitate an incurrat Episcopus, si tradit reum Curie seculari in casu, quo debet gaudere Ecclesiæ Immunitate, si reus esset ad mortem damnatus. ibid. §. *Quæro sexto.* ad medium. p. 73

Sine irregularitatis metu ad Episcopum spectat cognoscere, si aliquis est, vel non est Clericus sine vlla limitatione an sequatur postea mors. tr. 1. ref. 129. §. 3. p. 84

Irregularis non est, qui celebrat Missam in Ecclesia polluta ante reconciliationem. tr. 1. ref. 139. §. 3. p. 90

Irregularis, qui obtinuit beneficium, quod obtinere non poterat, an gaudeat privilegio fori. tr. 2. r. 145. §. 1. p. 166

* Vide verb. *Exhumare.*

Irrequisitum.

* Vide verb. *Dominus.*

Irritum.

* Vide verb. *Iuramentum. Lex.*

Iter.

In itinere an Cardinales gaudeant privilegio celebrandi, vel facere sibi celebrare ante auroram, & post meridiem. tr. 7. ref. 48. §. 1. p. 392

Et supponitur Episcopus hoc privilegio gaudere. ibid. §. *Iubens.*

* Vide verb. *Interficere.*

Iubileum.

Per Iubileum anni Sancti non renocantur privilegia Bullæ Cruciatæ. tr. 7. ref. 122. §. 1. p. 438

* Vide verb. *Hæresis.*

Iudæi.

Iudæi an gaudeat Immunitate Ecclesiæ. tr. 1. r. 43. §. 1. p. 31

723

Iudæorum

Index

Iudiciorum templum an fuerit
munitatis. tr. 1. ref. 128. §. 10. p. 84

* Vide verb. *Exercere.*

Iudex.

* In indice primo posito in principio huius tom. 9. in tract. 1. de Immunitate Ecclesiarum, & in tract. 2. de Immunitate Ecclesiastica sunt quam plures difficultates pro hoc verb. *Iudex*, tam pro iudice Ecclesiastico, quam pro iudice seculari.

* Vide etiam in hoc indice verb. *Causa, Iudicare, Licentia, Res, Represalia, Restitutio.*

Iudicare.

Iudicare contra reum, vt priuatur Immunitate Ecclesiarum, an iudex Ecclesiasticus possit, quando est dubium inter DD. an delictum gaudeat Immunitate, necne. tr. 1. ref. 118. §. *Quarto sexto*. p. 73

Iudicare ex consuetudine Clericos in Minoribus constitutos an iudex laicus possit, & quid de constitutis in prima Tonsura. tr. 2. ref. 64. §. 1. p. 132

Iudicari non solum à iudice laico, sed etiam à iudice Ecclesiastico potest Clericus, qui deficit in re aliqua in Tridentino *sess. 23. cap. 6.* præscripta ob idque foro laicali subiciatur. tr. 2. ref. 120. §. 3. p. 157

Vt simul iudicet, & cognoscat, an Papa teneatur adhibere Concilium Cardinalium in puniendo, & damnando Cardinalem. tr. 7. ref. 74. §. *unic.* p. 402

* Vide verb. *Hæres, Vicarius Sede Vacante.*

Iudicium.

In iudicio. Vbi prius citatus est laicus effectus Clericus in civilibus, an debeat respondere. tract. 2. ref. 80. §. 2. p. 138

In iudicio seculari, an Ecclesiasticus hæres laici defuncti conueniri possit. tr. 2. ref. 81. §. 1. *ibid.*

Iudicium infallibile, an Pontifex habeat de propositionum philosophicarum probabilitate. tr. 5. ref. 26. §. 11. p. 367

Iuramentum. Iurare.

Si sub iuramento de redeundo, carceratus à Custode sit relaxatus, si non redeat, sed ad Ecclesiam fugiat, an gaudeat eius Immunitate, etiam si carcerario sit iusta. tr. 1. ref. 65. §. 2. p. 42

Si iuramento sponsalia firmata sint, an iudex Ecclesiasticus sit competens pro illarum cognitione. tr. 2. ref. 228. §. *unico*. p. 215

Iuramenta aliqua quæ incertis contractibus apponuntur, vt super matrimonio, decimis, &c. an Princeps laicus relaxare possit. tr. 2. ref. 232. §. 1. p. 216

Et an saltem possit condonare, & remittere obligationem, quam pars ipsa cui iuratur, concedere possit. tr. 2. ref. 233. §. 3. p. 217

A iuramenti metu, aut iniuria extorti obligationem condonandum, an iudex secularis laicos cogere possit. tr. 2. ref. 234. §. 1. *ibid.*

Et quando iudex laicus hoc efficere potest, an multo melius Iudex Ecclesiasticus. *ibid.* §. 3

Ad iuramenti obseruationem super contractu, vel simili negotio interpositi non solum iudex secularis laicos suos compellere potest, sed etiam iudex Ecclesiasticus, itavt huius iuramenti materia sit mixta. tra. 3. ref. 235. §. 1. *ibid.*

Vbi, an illæ leges irritantes contractum solum propter adiectionem iuramenti sint saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam. *ibid.*

Non solum quoad iuramenti relaxationem iudex Ecclesiasticus est competens, sed etiam ad effectum agendi, vt præstita relaxatione annuller, & rescindat ipsum contractum. tr. 2. ref. 236. §. 1. p. 218

Et quid, si causa agatur cum hæredibus iurantibus. *ibid.*
Iuramentum apponere in contractibus an possint laici, qui conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum. tr. 2. ref. 280. §. 3. p. 238

Si iuramentum apponantur, ne ratione ipsius Iurisdictio Ecclesiastica pro- rogetur, an sint contra Immunitatem Ecclesiasticam, & illas statuentes incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. tr. 2. ref. 282. §. 6. p. 241

Iuramenti ratione appositi in contractibus an de iure communi Episcopis competat conuenire laicos in Curia Ecclesiastica. *ibid.* §. 7

Si iurassent Cardinales eligere in Papam digniorem, an possint relinquere digniorem, & eligere dignum, quando pars sufficiens ad electionem vult illum in Papam eligere. tr. 7. ref. 9. §. 1. p. 179

Iuramentum præstare Romanæ Ecclesiarum an Cardinales teneantur in sua consecratione. tract. 7. ref. 2. §. 1. p. 384

A iuramento absolueri an possint Cardinales in suis ritibus. tr. 7. ref. 52. §. 1. p. 396

Sine iuramento an credendum sit Cardinali testanti de aliqua re. tr. 7. ref. 69. §. 1. p. 401

Sine iuramento credendum est Cardinali dicenti se incedisse in reum condemnatum ad mortem casu, & non data opera, vt liberandus sit reus. tract. 7. ref. 75. §. 1. p. 402

Iuramenta de obseruandis statutis, legibus, & Constitutionibus secularibus, & Ecclesiasticis intelligenda sunt, quatenus sunt in vsu, & obseruantur. tr. 7. ref. 108. §. 4. p. 420

* Vide verb. *Exire, Habitus, Impedire.*

Iurisdictio.

A iurisditione Principum secularium an Clerici sint exempti iure humano, vel diuino. tract. 2. ref. 1. §. 1. p. 94

Et late vt sint exempti à iure diuino probatur. tr. 2. ref. 5. 4. & seqq. p. 96

A iurisditione temporalis priuilegium exemptionis Clericis concessum, an fuerit, & inceperit tempore Constantini. tr. 2. ref. 3. §. 1. & seqq. p. 99

Iurisditionem tribuere in aliquo casu particulari, an consuetudo possit, aduersus libertatem Ecclesiasticam. tr. 2. ref. 11. §. 1. p. 102

Iurisditionem seculari, aut alia Regalia Ecclesiasticis vsurpans an possit à iudice laico bonis temporalibus priuari. tr. 2. ref. 56. §. 1. p. 130

A iurisditione laicali non solum personæ Clericorum, sed etiam eorum bona sunt exempta. tr. 2. ref. 68. §. 3. p. 134

Iurisditioni Regali an Clericus subicere se possit quoad bona patrimonialia. tr. 2. ref. 70. §. *unico*. p. 135

A iurisditione laicali an liberetur, qui fuit banntus tempore, quo erat laicus, & banno durante efficitur Clericus. tr. 2. ref. 107. §. *unico*. p. 132

Iurisditioni laicali resistentes Clerici, & Religiosi, an possint iudices seculares eos capere, & punire pecunia pecuniaria. tr. 2. ref. 111. §. 1. & seqq. p. 133

Iurisdictio temporalis Archiepiscopi Montis Regalis an sit à Rege Guillelmo I. ita ei concessa, vt omnem superioritatem à se abdicauerit, & possit ab illo exerceri per Gubernatorem Ecclesiasticum? tr. 2. ref. 190. §. 1. & seqq. p. 190

Si pro sua iurisditione iudex laicus habet opinionem probabilem, sed excommunicatur ab Episcopo, vel declaratur incidisse in excommunicationem latam à iure, an sit vere excommunicatus, & teneatur Episcopo obedire. tr. 2. ref. 207. §. 5. p. 199

Iurisditionem acquirere in laicos ex consuetudine, vel præscriptione an iudex Ecclesiasticus possit, & non è conuerso. tr. 2. ref. 284. §. 1. & seqq. p. 244

Si cuius sit iurisdictio agitur quæstio, an Ecclesiasticus sit iudex. tr. 2. ref. 297. §. *unico*. p. 248

Si circa iurisditionem iudicis Ecclesiastici, & laici sint rationes probabiles, an definienda sit quæstio per iudicem

Rerum Notabilium.

dicem Ecclesiasticum? tr. 2. ref. 298. §. 2. p. 248
Et quid est agendum, quando duo iudices sunt ordinarij, vel delegati, & pro utroque sunt rationes probabiles circa eorum iurisdictionem, an eligere debeant arbitros. ibid. §. 4. & seqq. p. 249

Et quid, si vnus sit iudex ordinarius, & alius delegatus. ibid.

Iurisdictionem spirituales potest Pontifex laicis, si viderit ex se sic committere ad tractandas causas non solum ciuiles, sed etiam spirituales. tract. 2. ref. 314. §. 1. p. 256

Iurisdictionem in Clericos saltem in aliquibus casibus an iudicibus laicis consuetudo tribuere possit. tr. 2. ref. 335. §. 1. & seqq. p. 285

Iurisdictionem exercere an Cardinales possint in Ecclesijs sibi concessis ante capram possessionem, & literarum ostensionem. tr. 7. ref. 53. §. 1. p. 397

Iurisdictionem exercere Legatus potest in sua Prouincia, & quidquid potest Episcopus in sua Diocesi. Imo Legatus est supra omnes ordinarios tanquam Summi Pontificis vices gerens. tr. 8. ref. 2. §. 1. p. 441

Iurisdictione ordinaria non pauci eximuntur, & subdantur Superiori sui Officij, & non solum hoc concedebatur ipsis Officialibus, sed etiam ipsorum vxoribus, filiis, & matribus, & etiam seruis & Colonis. tr. 8. ref. 7. §. 1. p. 447

Iurisdictionem iudicis Ecclesiastici laici prorogare possunt non solum de iure Canonico, sed etiam de iure Ciuili. ibid.

Si ad quam iurisdictionem spectat, adest lis inter iudicem Ecclesiasticum, & saecularem, tunc definitio spectat ad iudicem Ecclesiasticum. tr. 8. ref. 9. §. 2. p. 449

Vide verb. *Controuersia, Exemptio, Exercere, Haereticus, Index, Prorogatio.*

Iurisdictionalia.

Iurisdictionalia facere an possint Cardinales, mortuo Pontifice. tr. 7. ref. 7. §. 1. p. 377

Interpatronat.

Interpatronatus an Pontifex derogare possit. tr. 2. ref. 204. §. 2. p. 198

Ad Interpatronatus beneficia an Cardinales, & Episcopi praesentari possint. tr. 7. ref. 25. §. 1. p. 385

Interpatronatus Ecclesijs an Cardinales prouidere possint, quando Patroni sunt discordes. tr. 7. ref. 62. §. 1. p. 399

Ius.

* A iure diuino an sit Immunitas Ecclesiae & Ecclesiastica. tract. 1. refol. 1. & tract. 2. ref. 1. & a ref. 316. vique ad 324. Vbi late, & plura.

Non solum contra ius Canonicum, sed etiam contra ius diuinum sunt consuetudines contra Immunitatem Ecclesiarum, ideo reprobandae. tr. 1. ref. 1. §. 2. ibid.

An iuri communi, & Consuetudinibus deroget Constitutio Greg. XIV. de Immunitate Ecclesiarum. tr. 1. ref. 3. §. 1. & seqq. p. 4

Si in iure non sunt exceptuata aliqua delicta, an etiam sit deneganda Immunitas Ecclesiae aliquibus reis. tr. 1. ref. 26. §. 1. p. 19

In terminis iuris Communis an qui occidit aliquem *Appensate*, & animo praemeditato, sit priuandus Ecclesiae Immunitate. tr. 1. ref. 79. §. 1. & seqq. p. 48

De iure non potest amplius corporaliter puniri, vel condemnari reus confugiens ad Ecclesiam, quamuis ex illa egre diatur. tr. 1. ref. 127. §. 3. p. 81

Sine iuris gentium violatione an liceat Principibus Legatos, & eorum familiares atrociora scelera perpetrantes condigna vltione punire. tr. 2. ref. 23. §. 1. p. 111

Et est in hoc casu. diff. rentia inter Legatos Principum saecularium, & Legatos, & Nuntios Pontificis. ibid. §. 7. p. 112

Ius conuocandi Episcopos an Rex, & Principes ha-

beant propter aliquod Reipublicae negotium, vel bonum ipsarum Ecclesiarum. tr. 2. ref. 26. §. 1. p. 11

De iure diuino an sit residentia Episcopi. tract. 2. ref. 27. §. 4. p. 115

Ad iura sua exhibendum coram eo an possit iudex laicus circa Clericum, quando eius debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis honorum obtinere. tr. 2. ref. 86. §. 1. p. 139

Iure defensionis suae, vel alterius innocentis an iudex laicus possit licite comprehendere Clericum, non solum in actuali aggressione, & crimine patrandi, praeueniendo illum, sed etiam in crimine patrandi ne fugiat, vt praesentetur suo Superiori. tract. 2. ref. 113. §. 2. p. 155

Ius collectandi Clericos an Principes laici consuetudine acquirere possint? Et an colore talis praetextus liberentur a censura excommunicationis, & restitutionis debito. tr. 2. ref. 239. §. 1. p. 219

A iure diuino fluxisse exemptionem Clericorum quoad eorum bona demonstratur, vel saltem ex iure Pontificio ante Constitutiones, & leges Imperatorias. tr. 2. refol. 336. §. 3. & seqq. p. 287

An de iure diuino Cardinalatus sit institutus, vel tantum de iure Pontificio. tr. 7. ref. 2. §. 2. p. 376

De iure an iuste impeditur Cardinalis, vel absens possit alteri vices suas demandare, & constituere Procuratorem ad eligendum Pontificem, & suffragium ferendum in serotinio. tr. 7. ref. 12. §. 1. p. 381

De iure ad quos pertinet electio Pontificis, si Ecclesia vacaret tempore, quo Concilium Generale est congregatum, an adhuc ad Cardinales, vel ad Concilium. tr. 7. ref. 15. §. 1. & seqq. p. 381

Ius praesentiae, & iudicij in Concilijs Generalibus an Cardinales, qui Episcopi non sunt, habeant, tract. 7. ref. 17. §. 1. p. 382

Ius conferendi beneficia in suis titularibus Ecclesijs an Cardinales habeant? Idem est de Canonicatibus, & praebendis, quae ab ipso titulo dependent. tr. 7. ref. 52. §. 1. p. 596

Quae in iuris corpore inserta sunt, non censentur reuocata, nisi fiat de ipsis expressa mentio. tract. 7. ref. 118. §. 7. p. 431

De iure diuino electionem Episcoporum ad Pontificem pertinere probatur. tr. 9. ref. 1. §. 1. p. 451

Ius eligendi, & suffragandi an populus in electione Episcoporum olim aliquando habuerunt. tr. 9. ref. 3. §. 1. p. 452

Ius nominandi, designandi, offerendi, & praesentandi Summo Pontifici Episcopos, datum est multis Regibus eorundem Romanorum Pontificum, nutu & assensu. tr. 9. ref. 7. §. 1. p. 456

In his, quae ius Superioris tangunt, Ciuitas, aut populus vniversus facere aliquid, vel statuere non potest, in grave prauiudicium eius. tr. 11. ref. 2. §. 3. p. 464

Ne vero immobilia Praelari Ecclesiarum sibi commissarum laicis subiciantur, aut submittantur, prohibitum est. tr. 11. ref. 5. §. 2. p. 467

* Vide verb. *Facultas, Gandere, Flores, Indulgentia, Inuamentum, Iurisdictione.*

Iustum.

Iussa exequentes in eiciendo Cardinales a terris, in quibus nati sunt, vel domicilium habent, si non exercent Legationem aliquam, an incurrant excommunicationem Bullae Coenae. tr. 7. ref. 76. §. 1. & §. 3. p. 403

Et an idem sit de Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Legatis Apostolicis, & Nuntiis. ibid.

Et quid, si solis verbis comminatorijs illos eiciant, si ob minas actu loca relinquunt. ibid. §. 4

Iustitia.

In iustitia Ecclesiastica defectu an iudex laicus possit punire

punire Clericum. tr.7.ref.58 §.1.p.130

L

Lactinium.

Lactinia edere in Regno Neapolitano virtute Cruciatæ an possit Sculus statim reuersurus in Siciliam. tr.7.ref.105. §.1.p.417

Ladentes. Ladere. Ladum.

Contra ladentes Immunitatem Ecclesiarum censura an sit lata, vel ferenda. tr.1.ref.2. §.19.p.4

* Vide verb. *Contrauenientes. Crimen. Violantes.*

Laicus.

Si laicis locata sit domus Ecclesiæ inter eius confines existens, vel in Emphyteusim concessa, an gaudeat Immunitate. tr.1.ref.7. §.12.p.8

Et si à laicis habitentur domus Parochorum, Canonico- rum, & aliorum Ecclesiasticorum existentes propè triginta passus Ecclesiæ, an gaudeant eius Immunitate. tr.1.ref.21. §.1.p.17

Laicus deponens falsum coram iudice Ecclesiastico an possit ab eo puniri. tr.2.ref.67. §.1.p.134

Laicus effectus Clericus an debeat in ciuilibus responde- re in iudicio, vbi prius citatus est. tr.2. ref.80. §.2. p.138

Si laicum possessione sua spoliasset Clericus, an iudex laicus possit cogere Clericum ad illam restituendam. tr.2.ref.87. §.1 & seqq.p.139

Laicorum Constaternitates an gaudeant priuilegio for- rigitur Episcopis sint subiectæ, quod idem est de Hospitalibus. tr.2.ref.177. §.1.p.182

Quando laicus condidit testamentum ad causas pias, an possit iudex Ecclesiasticus publicare tale testamen- tum. tr.2.ref.191. §.1. & seqq.p.193

Pro laicorum statutis vide plures difficultates in tr.2. à ref.196. vsque ad 232.p.194. & seqq.

Ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant pan- nem, vel ne exhibeant aliqua obsequia, & seruitia an Principes laici statuere possint. tr.2. ref.215. §.1. & seqq.p.207

Inter laicos de causa dotis principaliter, & non inciden- ter intentata an possit iudex Ecclesiasticus cognos- cere? & quid, quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi. tr.2.ref.231. §.1.p.216

Laici an possint aperire tabernas, in quibus sine onere vectigalis confluere possint Clerici. tr.2.ref.240. §.2. p.219

Laicorum facultates quando non sufficere censendum sit ad hoc, vt Clerici cum consensu Episcopi, & Con- sulto Romano Pontifice contribuere in aliquibus ca- sibus teneantur. tr.2.ref.249. §.1.p.225

Laicus conductor decimarum an sit conueniendus co- ram iudice laico, vel sit causa misti fori. tr.2.ref.273. §.1.p.235

Si à laicis Clerici petant decimas, quas laici præscriptio- ne & consuetudine immemorabili eas nunquam soliti sunt soluere, an iudex laicus hanc causam cognosce- re possit. tr.2.ref.276. §.1.p.236

Ad laicum cognoscendum pro re, quam in Emphyteu- sim ab Ecclesia tenet, an iudex Ecclesiasticus sit com- petens. tr.2.ref.279. §.1.p.237

Laicum conuenire an possit Clericus coram iudice Ec- clesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ, sed etiam pro fructibus. tr.2.ref.280. §.1.p.238

Laicus an possit conueniri coram Episcopo, vt soluat *Laudemium*. ibid. §.4

Laicus ratione præbendæ sibi locatæ an debeat conue- niri coram iudice Ecclesiastico. tr.2.ref.281. §.1.p.240

Ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum possint conueniri coram iudice Ecclesiastico, an licitum sit

condere Pragmaticam prohibentem laicis proroga- tionem iurisdictionis. tr.2.ref.282. §.1. ibid.

Inter laicos an possit iudex Ecclesiasticus cognoscere de alimentis filio spurio debitis, vel an cognitio huius cause sit misti fori. tr.2.ref.285. §.1.p.243

Et in dicto casu quid sub nomine alimentorum intelligen- densentur? Vbi alia contingentia in dicto casu. ibid. §.3

Laicum simul delinquentem cum Clerico an iudex Ec- clesiasticus cognoscere possit, maximè si præueniat. tr.2.ref.286. & 287.p.243. & 244

Laicus delinquens in Ecclesia an possit à iudice Ecclesias- tico puniri. tr.2.ref.288. §.1.p.244

Laici inuatores rerum Ecclesiæ, & Clericorum an coram iudice Ecclesiastico debeant conueniri. tract.2. ref.289. §.1. ibid.

Laicus an coram iudice Ecclesiastico possit conueniri, si verba iniuriosa aduersus Clericum emisit. ibid. §.3. p.245

Laicos concubinos an iudex Ecclesiasticus possit pun- ire, & an concubinatus sit causa misti fori. tr.2. ref.292. & 293. p.245. & 246

Laicorum & Clericorum consuetudines mixtæ an sint validæ, etiam si sint contra libertatem Ecclesiasticam. tr.2.ref.295. §.1.p.247

Laicum conuenire coram iudice Ecclesiastico an vidua, pupilli, & aliæ personæ pauperes, & miserabiles possint. tr.2.ref.306 & 307.p.252. & 253

Et quid, si pupilli & viduæ essent diuites. tr.2. ref.307. §.2.p.253

Laicum punire an iudex secularis possit sub prætextu eius prohibitionis, etiam si habeat licentiam ab Episcopo laborandi in diebus festis. tr.2.ref.312. §.1.p.255

Laicis delegare indistincte causas Ecclesiasticas an pos- sint alij Prælati Summo Pontifici inferiores? Et sup- ponitur hoc facere Pontificem posse, & non solum causas ciuiles, & criminales, sed etiam spirituales. tr.2.ref.314. §.1. & seqq.p.256

Laicos statuentes, ne immobilia alienentur in extra- neos, & non subditos, possunt iudices Ecclesiastici cogere, vt declarent, quod in huiusmodi statutis non comprehenduntur Clerici, neque Ecclesia. tr.3.ref. 11. §.1. p.311

Laicorum statuta quamvis fauorabilia non ligant Cle- ricos, neque Ecclesiam. ibid. §.4.p.312

* Vide verb. *Exilium. Familia. Familiares. Filius. Erem. Iuramentum. Iurisdictionis. Officialis. Prorogatio. Principi.* & Vide notationem verb. *Index.*

Largitas.

Circa largitatem sponsalitiæ an Princeps possit conde- re leges in matrimonio. tr.2.ref.221. §.1.p.212

Latitudo.

Intra latitudinem tantum probabilitatis, & certitudinis moralis an remaneat, quod anima Beatificati sit in gloria ex vi præcisè Beatificationis. tr.5. ref.20. §.1. & seqq.p.360

Latrones.

Latrones publici an gaudeant Immunitate Ecclesiæ. tr.1.ref.58. §.1.p.38

Laudemium.

Ad laudemij solutionem an Clericus Emphyteuta sit conueniendus coram iudice laico, vel coram eccle- siastico. tr.2.ref.159. §.3.p.178

* Vide verb. *Laicus.*

Legare. Legatum.

Legatum pro Monachatu an possint consequi *Tertiaris*, seu *Bizochæ*, vel *Beate*, vt vocant D. Francisci, non obstante quod viuant in propriis domibus. tract.2. ref.176. §.2. p.182

* Vide verb. *Ingressi.*

Legatus.

Legatus natus an possit exercere iurisdictionem in Re- gulate

Rerum Notabilium.

gulares exemptos. *tr. 2. ref. 315. §. 1. p. 256*
 Legatus Cardinalis quancumque amplissimam potestatem habens conferendi beneficia, non potest conferre vacantia per obitum familiaris Papæ, vel Cardinalis. *tr. 7. ref. 24. §. 3. p. 385*
 Legatus Cardinalis à latere, si sit iudex, an possit recitari in aliqua causa. *tr. 7. ref. 65. §. 1. p. 400*
 Legatum se esse Cardinali dicenti creditur, circa Ordinarium potestatem, etiamsi literas legationis non ostendat. *tr. 7. ref. 69. §. 3. p. 401*
 * Vide verb. *Eticere. Impeditus. Iurisdictio. Ius.*
Legere.
